

qua lege verborum ebulliat. interdum nec vllas voces requirit. solis contentus suspirijs q̄ incessanter de profundissimis affectibus vltro ascendit. que videlicet suspiria ipsa deuotio sic intertūpere interdum nitit̄: volens effundere se per verba sed non p̄ualens. loquitur quidē aliquid ex affectu nō ex intellectu. nō p̄siderat quid qualiter eloquat̄. sed quicquid in buccas venerit vrgere amore nō enūciat sed eructuat. Secūdo probat cordis aptio p̄ vberimoz̄ imbatiū bonozū dñi quali continuam infusione. Cum enī cor deuotozū ad bona dñi suscipienda patuluz est ⁊ apertuz. nec est in eo aliquid qd̄ dei gratias prohibeat vel retardet. tūc pius ⁊ benignus dominus: largus ⁊ misericors nō cessat infundere imbres gratiarū. nunc imittens sapiētiā diuinorū. nunc noticiā secretorū. aliquid quādo gustum ⁊ experiētiā eternozū. aliquid quādo dō reuelatōes misteriorū. aliquādo securum facit ⁊ certificat de eternaliū bonorum fructiōe. ⁊ adhuc infinitis modis quibus consolaf̄ deus electos suos pariter ⁊ dilectos. Et sic pbauim⁹ per deuotiōis nostre surium ad deū exaltationē. ⁊ gratiarū domini defluentū in nos infusione. cordis euidētissimā apertionē. Si enim cor esset strictum ⁊ clausum: nec nostra suruz potest de uono ascendere: nec dei bona descendere in nos possent. q̄ vicissitudo nostre deuotiōis ascendit ⁊ dei gratie descendit pulchre in scala Jacob p̄figurata legitur. in qua ascendentes ⁊ descendentes angeli pbibent.

**S**ecundo in trāsfixione cordis Iesu legimus sanguinē effluxisse. sanguinē inq̄ nobilissimū. delicatissimū. et inamissimū. q̄ in terrā vberime defluebat. q̄ in corde Iesu p̄pter nimiaz̄ charitatem qua dilexit nos sepe efferebat sicut olla. per quē sanguinē nobilissimuz et delicatissimū quedam nobilissime designatur virtutes: que ex corde deuotozū cum taliter vt dictū est trāsfixi fuerint: effluunt. Et sic ille sanguis ch̄isti ex intimo: sic ille virtutes ex intima vi humane virtutis: ⁊ quasi medulle aliaruz virtutū in nostros primos derivatur. quas Grego. enumerat ita: dicens. In mūdo viuere sine mūdo. aliena non appetere. propria non tenere. laudē

despicere. opprobria amare. gloriā fugere. despectum desiderare. aduantes despicere. despicientes honorare. mala nocentū ex corde dimittere. ⁊ erga eos dilectiōis gratiam in corde immobilem retinere: he difficiliores inter virtutes ceteras reputantur. Tertio in trāsfixione cordis Iesu aquam euz sanguine legimus emanasse. Et quia vita humana ex corrupta natura trālire non poterit sine qualicūq̄ puluere peccatorū: iuxta illud Eccle. Non est homo iustus in terra qui faciat bonuz et non peccet. Ideo idem puluis peccatorum per aquā designatur in singulis deuotiōibus cum sanguine virtutuz effluit: vt tandem plene ⁊ perfecte exinaniti infundamur pleni deo. vt sic ex omni nostro deo adheream⁹: ⁊ toti sumus pleni deo. Et hoc est qd̄ dicit Auguf. Cuz iulhero tibi ex omni me nusq̄ erit mihi labor ⁊ dolor. ⁊ viua erit vita mea tota plena te. Sed dicunt pusillanimes. Quid nobis ⁊ vobis istis: quis ad ista potest attingere? Dico q̄ saltem ex hoc cognoscim⁹ qd̄ vere viles et miseri sumus. Si enī deus iubet nos dicere qd̄ inutiles sumus et cum fecerimus omnia: quāto magis veraciter dicere possumus qd̄ nihil sumus. quia nihil facim⁹. Hinc Bernard. Propterea deus mandata sua voluit custodiri nimis: vt videntes imperfectionem nostram: ⁊ nō posse nos facere qd̄ debemus: saltem ex hoc humiliaremur. ⁊ sic humiliati ad misericordiam cōfugiam⁹. ⁊ iustificabit nos gratis Iesus ch̄istus.

**LXXXV De sancto Matheo.**

**S**equere me. mathei. ix. **R**edit Gregori⁹ per hęc verba dominus omnes ad eternitatez vocat: qui duobus modis veniunt. scilicet mala delendo: ⁊ bona faciendo. Ex quozum verboruz virtute beatus matheus misericorditer inspiratus: statim relictis omnibus dominū est secutus. qui cum dominuz p̄fectissime sequeretur: non solum pecrā auaricie. q̄ ibiabat sūt ei indulgē: s̄ ad sublimissimū statū ecclie. s̄ ad apicez aplice ⁊ euāgelice dignitatis ē mirifice sublimat⁹

Unde eius euangeliū pre ceteris euangeliis  
 in ecclesia crebrius recitat. vt per hoc de  
 tur nobis intelligi q̄ nullus peccatorū quā  
 rumcūq; profundatus debeat de venia si ra  
 men p̄fecte cōuersus fuerit desperare. Unde  
 cum sint tria genera peccatorū. scilicet super  
 bia. auaricia. luxuria. que quasi rotas mun  
 dum post se trahūt: tres sancti sunt nobis in  
 ecclesia sublimati. scilicet paulus. matheus. et  
 dauid. qui in p̄dicta peccata pre ceteris ho  
 minibus p̄fundi sunt p̄strati. qui sicut pre  
 ceteris peccauerūt: sic etiā eorū doctrina pre  
 alijs nobis in ecclesia recitat. vt per hoc no  
 bis detur intelligi q̄ nulla peccata p̄pedi  
 unt eos qui perfecte post lapsu ad dñm cō  
 uertuntur. Unde pre alijs orationibus psalmi  
 dauid frequēter ruminant. euāgelia mathei  
 crebrius recitant. epistole pauli quasi conti  
 nue decantantur. qd̄ totum ideo factū est: vt  
 tanto efficaci⁹ nos peccatores de venia p̄re  
 sumamus: quāto pre ceteris hominibus ma  
 gnos peccatores videm⁹ in ecclesia sublima  
 tos. Et hec breuiter tracta de sc̄o matheo suf  
 ficiant. Nūc verba p̄posita ad nostras info  
 rmationes adiuuante dño inflectamus. Que  
 enim semel locut⁹ est dñs ad matheū p̄ cor  
 poralē allocutōez nobis loquitur quotidie per  
 internā aspiratōem: dicēs singulis et oibus  
 nobis. **Sequere me.** Hinc Job. xxiij. **Se**  
**mel loquitur deus: et secūdo idē nō reperit.**  
 qz qd̄ semel vno v̄l paucis loquitur in scrip  
 turā: hoc nō reperit vt nobis loquat⁹ corpali: si  
 cut illis. Unde Grego. exponens p̄dictū ver  
 bum Job. vi. **Deus singulorū cordib⁹ pri**  
**uatis verbo corporalib⁹ nō loquitur: s̄ tale elo**  
**quiū p̄struit in scriptura p̄ qd̄ cūctorū āmo**  
**ritōib⁹ satisfaciāt.** Hinc **Matth. xiiij. veritas**  
**di. Qd̄ vobis. s. ap̄lis dico: oib⁹ dico.** **Super**  
**per qd̄ Aug⁹. vi. Non solū illis dixit quib⁹**  
**tūc loquebat⁹: s̄ etiā illis qui fuerunt post il**  
**los ante nos. et etiā ad nos ipsos et qui erunt**  
**post nos vsq; ad nouissimū eius aduentū.**  
**Dicit ergo singulis nobis. Sequere me. Nō**  
**corporis passib⁹: sed mētis affectib⁹.** **S**  
**In q̄ verbo tria implicat. s̄m q̄ qd̄libet ver**  
**bu⁹ motū signās tria importat. s. terminu⁹**  
**quo recedam⁹. motū p̄ quē bonū faciam⁹.**  
**terminū ad quē tandem veniam⁹. Primū**

ibi **Sequere.** putat importat terminū a quo.  
**Secundū iterū ibi: sequere.** putat signat mo  
 tum p̄ quē bonū faciam⁹. **Terciū ibi: me.** si  
 gnās terminū cui feliciter iherreamus. **Est**  
**itaq; sensus p̄dicti verbi. s. Sequere me: vt**  
**a malo recedatis. et bonum qd̄ me fecisse cog**  
**noscit⁹ faciatis vt tandē ad me pueniētes**  
**mibi feliciter adheratis. Qd̄ si decenteri**  
**mus faciendū a malo triplici recedam⁹. sci**  
**licet a mūdi diuitijs. a carnis delicijs. et ab**  
**omnib⁹ iniusticijs. Cur hoc? qz diues in reg**  
**gnū dei difficulter veniet. vacās delicijs deo**  
**displicet. iniustus d̄o odit. Hāc de primo di**  
**cit **Mat. Diues difficile intrabit in regnū****  
**celorū. De secundo dicit ap̄lus. Qui in car**  
**ne sūt deo placere nō possunt. De tercio p̄s.**  
**Iniquos odio habui. Si ergo deū cupim⁹**  
**efficaciter sequi: primo a mūdi diuitijs lon**  
**gus recedam⁹. nō q̄ diuine sint peccata: s̄**  
**sūt veraciter occasio peccati. et impediūt om**  
**nino sequi dominū cupiētes. Hinc ap̄osto**  
**lus ad **Thimoth. Qui volunt diuites fieri****  
**incidūt in temptatōem. et in laqueū dyaboli**  
**et in desideria multa que mergunt homines**  
**in interitiū et in perditōem. Sed dicunt di**  
**uites. cōcessis vrimur. aliena non querim⁹.**  
**et si digna misericordie retributōe opera nō**  
**agim⁹: nulla tamen pueria perpetrām⁹. Ad**  
**qd̄ respōdet Greg. dicēs. Hoc idcirco diui**  
**tes sentiūt: qz aurē cordis a verbis celestib⁹**  
**claudūt. neq; em̄ diues qui quotidie epula**  
**batur splēdide rapuisse aliena: sed infructu**  
**ose p̄p̄t̄s vsus fuisse phibet. et tamē ea post**  
**hanc vitam vltix gehenna suscepit. non qz**  
**aliquid illicitū cōquesiuit. sed qz imoderatu**  
**vsū totū se licitis dedit. p̄pter qd̄ dicit **Luc.****  
**vj. **De vobis diuitibus qui habetis hic con****  
**solationem vestram. Nullam aliaz causam**  
**ponens: nisi quia hic habent consolatōez su**  
**am. Quia sicut in **Act. dicit. per multas****  
**tribulationes oportet nos introire in regnū**  
**dei. Ipsi autem non solum non tribulātur:**  
**sed tota die consolātur. Unde **Eccel. xiiij. Di****  
**ues locutus est superba et iustificauerūt il**  
**luz. paup locut⁹ est et dicit. quis ē hic **Uñ****  
**Job. Ducunt in bonis dies suos: et in pun**  
**cto ad inferna descendūt. **Secun****  
**do volentes sequi dominū a carnis delicijs**

longe fiant. qre. qz in carnis delicijs de nū  
 q̄ posuit pedem suū. vñ eoz via directe du  
 cit ad infernū iuxta aplm. **No. S**im car  
 nem vixeritis moriemini. s. morte eterne dā  
 nationis. bñdī. n. vt ait ap<sup>o</sup> deo nō fuit  
 sed suo ventri. nam ipsoz deus venter est et  
 glā in p̄fusione. tales. n. steriles sūt et nūc̄  
 aliq̄ faciūt ad salutē. cum ei dō nō placeāt  
 (vt ait ap̄tus. **Qui** in carne sunt. deo place  
 re nō p̄nt) nec p̄ p̄sequēs ipsoz opa placent  
 deo. qz ab eo qui displicet nihil placet. et iō  
 hortamur **Ezechiel. xiiij.** Couertimini et re  
 cedite ab ydolis vestris. qd̄ enim quisq̄ col  
 lit hoc deus eius est. **Hec** ergo relinq̄re nos  
 oportet si volum<sup>9</sup> deū sequi. **Tercio** volētes  
 sequi dñm longe ab omnibus iniusticijs re  
 cedam<sup>9</sup>. qz vt d̄ **Deutro. xv.** Longe auer  
 sarur deo om̄is iniusticia. **Unde** **Sapient.**  
**i.** Iniusticia mortis ē acquisitio. **Hinc** **Ec  
 cle. xvij.** Reuertere ad dñm et auertere ab i  
 iusticia tua. et nimis odito execratōem et cog  
 nosce iusticias et iudicia dei. **Ulex** qz vt ait  
**Bern.** Iusticia est virtus reddēs vnicuiq̄  
 qd̄ suū est. ergo p̄ oppositū scire possum<sup>9</sup> qd̄  
 sit iniusticia. **Ipsa** em̄ est vitium per qd̄ nulli  
 reddit qd̄ suū est. **Unde** cum primū nō di  
 ligimus vt nos ipsos. vel ei nō impēdim<sup>9</sup> qd̄  
 nobis impēdi cupim<sup>9</sup>. vel etiam malū ei fa  
 cimus qd̄ nobis nolumus exhiberi: in om̄i  
 bus illis iniusticiā exercem<sup>9</sup>. **Ab** hac ergo lō  
 ge recede re nos oportet si cupimus deum se  
 qui. ab hac ergo iniusticia p̄hibere nos volu  
 it dñs cum in lege mādauit. qz iustus debet  
 esse modius equusq̄ fertari<sup>9</sup>. qz vt ait **Sal  
 lomon.** Pondus et pondus: mēsurā et men  
 sura vtrūq̄ abominatio est apud dñm. **Ad  
 exponēs** **Grego. dicēs.** Scimus qz falsi ne  
 gociatores duplici pondere et mēsurā vtan  
 tur. **Nam** pondus aliud habent ad qd̄ pen  
 sant sibi: et aliud ad qd̄ primo. **Preparāt** er  
 go ad dandū pondera leuiora. ad accipien  
 dum dō pondera grauiora. **Om̄is** ergo ho  
 mo qui aliter p̄fat ea que primi: et aliter ea  
 que sunt sua: pond<sup>9</sup> et pondus habet. vtrūq̄  
 aut̄ abominabile est apud deū. qz si sic primū  
 vt se diligeret: hunc in bonis vt se haberet et  
 etiam iudicaret. et si sic se vt primū aspiceret  
 se in malis sicut primū iudicaret. **Cuius** cō

trariū agimus incessanter. qz plerūq̄ dñm  
 git vt et nostra gratia leuiter: et propinquo le  
 uia mala grauius iudicem<sup>9</sup>. **Hoc** ergo meq̄  
 le pondus iniusticia est. a qua nos recedere  
 oportet si volum<sup>9</sup> deū sequi. **U** **Secū  
 do** dicendū est de motu sequēdi p̄ quā trans  
 seamus. **Deus** aut̄ noster p̄re ceteris tria in  
 se habuit p̄ que sequi dñm nos oportet. scilicet  
 paupertatē. asperitatē. et in omnib<sup>9</sup> equi  
 tatem. que recta fronte sunt opposita p̄dicto  
 rum. **Nam** paupras diuitijs. asperitas deli  
 cicijs. equitas iniusticijs contraria. **Si** ergo de  
 um sequi volumus vt hortat̄ induam<sup>9</sup> eius  
 paupertatē. **Nā** vt ipsa veritas ait. **Nisi** quis  
 renūciauerit omnib<sup>9</sup> q̄ possidet: nō potest es  
 se meus discipul<sup>9</sup>. **Luē. xij.** Ad hanc pauper  
 tatem dñs malere cupiebat diuitē quēdam:  
 cum dicebat **Mat. xix.** Si vis p̄fect<sup>9</sup> esse va  
 de et vende om̄ia q̄ habes et veni sequere me.  
**Ad** reuera nobis debet facile p̄suaderi.  
 maxime cuz in hoc videmus dñm p̄cessisse.  
**Unde** **Bern.** Magna abusio fratres vt di  
 ues velit esse virilis vermiculus p̄pter quez  
 deus maiestatis voluit esse paup. **Secūdo**  
 induamus vire eius asperitatē: portatēs sti  
 gmata sudoris et laboris in corpe nō. vt dice  
 re possumus cuz ap̄lo. **Suppleto** ea que de  
 sunt passiōibus christi in corpe meo. **Unde**  
**Augul.** enumeratis multis eius asperitatibus  
 tandem subiūgit. **De** christi passiōes xp̄ia  
 no sunt imitāde: nō deliciae cōquirende. **S**  
 lamētabiliter conquerit **Bern. di.** **Deu** dñs  
 omnes volūt te sequi: sed pauci sequi scien  
 tes. qz si excepti fuerim<sup>9</sup> a castigatōe flagel  
 lozū: excepti erim<sup>9</sup> a numero filiozū. **Tercio**  
 sequamur dñm p̄ vire equitatez: omnibus  
 hominib<sup>9</sup> equū pondus tenētes et postpōna  
 mus priuatū amozē qui pene in omnib<sup>9</sup> no  
 bis vitiat hanc virtutē. **Unde** **Greg.** **S**  
 mus qz vebemētē claudit oculū ratioz pri  
 uatus amoz. **Ex** quo fit vt hāc equitatē pati  
 cissimi vt dignū est veraciter cōseruet. quia  
 forsitan nesciūt quid sit equuz. **Unde** si non  
 vacat omnes paginas p̄scrutari. omnia vo  
 lumina sermonū euoluere. oīa secreta scri  
 pturaz penetrare ad inquirēdā et faciendā  
 equitatem: saltem intremus nosmetipsos et  
 legam<sup>9</sup> naturalē scripturā scriptā in tabulis

cordis nostri vbi legimus. quod tibi nōvis fieri. alij ne feceris: et quid tibi vis exhiberi alteri exhibeas: per q̄ duo mandata plene et perfecte nostris proximis exhibebimus equitatem. Nam per huius legis naturalis obseruationem antiqui patres dño placuerunt cum tñ adhuc nec legis nec gratie scriptura esset hōibus cōmendata. Nam de noe dicitur Erat noe iustus et p̄fectus in generatōe sua et ad abrahā dicitur. Ambula coram me et esto perfectus. **¶** Sequitur terciū p̄cipale sc̄z me. in quo nobis innuitur terminus siue finis. per quē dño feliciter inhereamus. quod iuste sequitur ad predicta. quia postq̄ a malis recessimus et quod bonū est facimus dñm inuenimus. quo inuenio ad herebimus ei dicentes. **¶** Mibi adhere te bonum est ponere in dño meo sp̄e meā. merito ergo vt ait bern. cunctis renūciat affectibus alijs anima curans huic soli incumbit dicens ex omni cordis effectu illud **¶** Canti. Inueni quē diligit anima mea. q̄ vt dicitur **¶** Ecc. Qui inueniet illum inueniet thesaurum videlicet thesaurum in quo om̄s vere diuitie. om̄s vere delitiae. vere iustitie et omne quod viri boni rōem for̄tis copiosissime inueniuntur. nec merito. cum eñ p̄pter te vana vanas diuitias vanas delitias et om̄es iniustitias dimittimus. inuenimus thesaurum tñ sc̄z. in quo predicta omnia veracit̄ inuenimus vñ angu. super illo verbo. **¶** Ecce nos relinquit omnia dicit **¶** Petrus et sui sequaces reliquerunt omnia vana. et acceperunt omnia vera. inuenimus enim in deo diuitias meritorum. diuitias gratiarum. diuitias virtutum et omnia vera bona vt dicere possit nobis illud deus gen. xxx. **¶** Modicum hūisti anteq̄ venire ad te. nunc diues effectus es benedixitq̄ tibi deus ad introitum meum. de his diuitijs di. gre. **¶** Quid nobis cum diuitijs huius mūdi que nec bone nec nostre sunt. sed vere diuitie sunt que in deo inueniuntur et cum deo possidentur. **¶** Similiter in deo inueniuntur delitiae huius mūdi illis delitijs meliores. si enim in creatura poterit aliquis delitari. quō in deo non delitiamur a quo est omne bonum et omne dulce fluit. vñ ipse dicit. **¶** Eccl. ij. Quis delitij

affluet vt ego. quasi dicit nemo. hinc iob. xij. **¶** Si reuersus fueris ad omnipotentem edificaberis. et longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo. et sequit̄ **¶** Tunc super omnipotentem delitij affluens. de quibus dicitur. **¶** Sic est aduentus sponsi benedictiones diuitie. salutis cum eo et vniuersa que de ipso sunt affluunt delitijs redundantia iocundis et salutaribus factis. inuenimus etiā in deo oēm equitatem. quia in eius p̄ntia non possumus facere non equum p̄stare iesu xpo **¶** LXXXVI. **¶** De eodem.

**¶** **Virgens securus** est cum idem vt sup̄. **¶** Dicit maḡ in scolastica hystoria q̄ in veteri lege nunq̄ offerebatur hostia sine libamenti suis. Libamen aut̄ siue libamentum erat similia oleo p̄psa et vinū que duo cum hostia offerebantur. vnicuiq̄ hostie p̄prium libamen erat determinatū. Dicitur aut̄ libamen eo q̄ libeat quia additum hostie gratificabat eam et acceptam fecit eaz dño vt grata esset hostia cum libamine que sine illo nullaten⁹ fuit grata. quod intelligens beatus matheus omnia sua obsequia cum aliquibus additamentis per que gratiora fecit deo sua obsequia dño suo offerre. **¶** Offerebat aut̄ tria deo obsequia cū suis libamenti per que in tam magnū principē coram dño est promotus. **¶** Obtulit enim deo obedientiā cū velocitate. conuiuium cū largitate. totam vitam suam cum humilitate et ex his tribus magnus valde factus coram dño est effectus. vt non solum in apicē apostolice dignitatis. verum etiam in scriptorē euāgelice veritatis sit sublimat⁹ vt nō solū ap̄s sed euangelista in ecclesia noiet. **¶** Primum obsequium tangit in eo. q̄ dicitur. **¶** Virgens securus est euz. quia statim vt dixit deus. sequere me sine mora sequebatur eum in quo tangitur obediendi velocitas. **¶** Scōz ibi et factū est discumbente eo in domo. in q̄ tangitur conuiuij largitas. nam de hoc dicitur. **¶** v. et fecit ei leue conuiuiū magnum in domo sua. **¶** Tertium sc̄z vite humilitas tangitur in eo q̄ dicitur. **¶** Ecce multi publicani et peccatores venientes discumbebant cum iesu cō